



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...**

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum  
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In  
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et  
Excessvs Amoris ...

**Rodt, Franz Joseph von**

**Campoduni, 1680**

Discursus XXII. Anima peccatrix pro vilissimo terrenæ consolationis cibo,  
pretiosissima sua largitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)

tiam exhibere detrectas huic <sup>præter rerum ordinem.</sup> augustissimo Sacramento, sed Adoremus igitur Deum no- etiam instar muli recalcitrando & vinum, & panem, & strum sub specibus sacramentalibus, tanquam in speculo & mensam à Deo propositam e- in ænigmate velatum, ut eum- vertere, & parvulis triticum de facie in faciem aspicere me- & vinum eripere conaris. Pro- reamur, & hoc Angelorum pa- scribe sensuum externorum ne æternum perfruemur in- experientiam: *Quod non tangis, gloria, Amen.*  
*quod non vides, animosa firmat fides*



## DISCURSUS XXII.

Caph.

Dederunt pretiosa quæque pro cibo, ad re-  
 focillandam animam. *Tbren. c. I. v. II.*

### DE ANIMA.

*Anima peccatrix pro vilissimo terrena conso-  
 lationis cibo, pretiosissima sua dilapidat, &  
 largitur.*

**S**ic fame Solymorum ci- <sup>animam.</sup> Ubi bene notat præ-  
 vitas, à Chaldaïs ob-  
 fessa præmebatur, ut <sup>fatus auctor, Non dicit ad susten-</sup>  
 populus non tantum ge- <sup>tandam; quia illa non sufficiebant ad</sup>  
 mens, & querens panem, discurs- <sup>sustentationem, tanta erat penuria</sup>  
 reret, sed etiam pretiosa quæq; <sup>& defectus: Sed tantum ad refo-</sup>  
 nempe vestes, vasa aurea & hu- <sup>cillandam animam dederunt pre-</sup>  
 ciosa quæque. <sup>tiosa quæque.</sup>  
 Moraliter; omnia quæcun- <sup>Pro micæ</sup>  
 que terrena, quæcunque tran- <sup>consolatio</sup>  
 sito- <sup>nis</sup>  
 Z. 2.

Hugo hic. *inmodi (ut Hugo exponit) offerret pro cibo, ad refocillandam*



sitoria sunt, ad sustentationem  
 animæ, & pellendam internam  
 appetituum famem non suffi-  
 ciunt, sed momentaneam tan-  
 tum præbent, refocillationem,  
 pro qua tamen peccator pre-  
 tiosa quæque largitur; quod  
 bene Cornelius insinuat: Sic  
 peccator (ait) pro pane, imò mica  
 una consolationis, puta pro exiguis  
 deliciis, pro modica gula, fastu, &  
 ambitu, puncto honoris, dat omnia  
 sua desiderabilia, quin & vires suas  
 omnes, ipsamque animam impendit  
 & demoni vendit. Huic etiam  
 expositioni consentit Hugo  
 Carenis, qui tria maximè de-  
 siderabilia, & pretiosa esse  
 notat: *Tria sunt pretiosa: Anima,*  
 quam scilicet pretioso sanguine  
 suo Dei Filius redemit, & inæ-  
 stimabilis omnino pretij est, uti  
 in Conc. Dom. 22. Pent. de-  
 monstratum fuit. Itè virtutes,  
 quibus regnum caelorum emitur, de  
 sapientia enim testatur patiens  
 Propheta: *nescit homo pretium*  
*eius.* Et demum vita æterna,  
 quæ est pretiosa illa margarita  
 & thesaurus absconditus, quem  
 qui invenit homo, abiit &  
 vendidit omnia, & emit eum.  
 Hunc tamen thesaurum ita vili-  
 pendit peccator, ut non grave-  
 tur pro mica consolationis ter-  
 renæ, totum thesaurum hunc,  
 & æternæ vitæ hæreditatem  
 dare.

II. Coxerat sibi de lentibus ruf-  
 his pulmentum Jacob, cui su-  
 perveniens de agro lassus Esau,  
 ait: *Da mihi de coctione hac ruffa,*  
*quia oppidò lassus sum.* Recusa-  
 verat famelici fratris precibus  
 condescendere Jacob, nisi pro-  
 bè sibi pretio pulmentum sol-  
 veret, quod quidem pretium  
 justam rei æstimationem lon-  
 gè excedebat, jus quippe pri-  
 mogenituræ prætendebat pro  
 pulmento sibi donari Jacob,  
 quo contractu non tantum ul-  
 tra dimidium Esau lædebatur,  
 sed inusitata omnio apparebat  
 improportio, ut jus primoge-  
 nituræ, cui sacerdotij & hære-  
 ditatis jus connexum fuerat,  
 pulmento venderetur. Sed  
 tanta erat lassati Esau fames, ut  
 vel ipsa primogenita vendere,  
 quàm perire mallet: *En morior!*  
*exclamat: quid mihi proderunt pri-*  
*mogenita? Quare Jacob ad jus*  
*suum melius stabiliendum, ju-*  
*ramento contractum firmari*  
*postulat: Jura mihi. Juravit primoge-*  
*Esau, & vendidit primogenita; & mica pro*  
*sic accepto pane, & lentis edulio*  
*comedit, & bibit, & abiit, par-*  
*vipendens, quod primogenita vendi-*  
*disset.*

Per Esau venationis gna-  
 rum, & avidum, rectè pec-  
 catorem intelligit magnus Gre-  
 gorius, venatio Esau, vitam illo-  
 rum significat, qui exterioribus volup-  
 tatibus fusi, carnem sequuntur.  
 Currunt hi venatores silvatici,  
 Apud Hu-  
 gonem  
 & hic.

Cornelius  
hic.

Peccator  
dat pretio  
sua sua.

Hugo  
Card.

Animam.

Virtutes,  
Iob. c. 28.  
v. v. 13.

Vitam &  
æternam

Marth. c  
13. v. 45.

Gen. c. 27.  
v. 29.

Esau fa-  
melicum

Vendit

lenticula

Esau ve-  
nator, pec-  
cator.

Apud Hu-  
gonem  
& hic.



& inculci per devia & avia, vagantur per omnia dumeta, vepres & spinas, feras suas, & indomitas venaturi voluptates, diu noctuque in sua occupati quantumvis laboriosa venatione, quò plus labore gravantur & exercentur, eò minùs desistere à labore sciunt: non generosis feris, sed tantùm muscis & papilionibus vanitatum & noctuis venandis intenti & cum suis venabulis, cassibus, & pharetris, circumvagantes, casto consumuntur labore, quare lassus & defatigatus cum Esau venatore, fame penè conficiuntur.

Sap. c. 5. v. 7. Nam Esau de agro lassus illos significat, qui apud Sapientem ingemiscunt, lassati sumus

Hugo ibid

Capitulum vilisimum.

in via iniquitatis, uti Hugo notat, qui addit, quòd in hoc contractu significatur, quòd reprobi, propter leuciculam, id est, temporalia, vendunt aeternam hereditatem. Omnis populus gemens, & querens panem; dederunt pretiosa quæque pro cibo, ad refocillandam animam. Non ad sustentandam, sed refocillandam tantùm animam omnia deseruiunt terrena, nam teste Bernar-

Apud eundem

Glossa

Interl.

Luc. 15. v. 16.

Glossa

moralis.

Voluptas.

cibus por-

corum,

ardo, non plus satiatur cor hominis auro, quàm corpus vento. Unde Osee 12. Ephraim pascit ventum, & sequitur astum. Famelicus ergo venator peccator insatiabilis, cum Esau lassatus exclamat: Ecce morior! Quippe (ut cum præfato Expósito, loquar)

Mali se mori estimant. si temporali- bus non abundant. Isaia 50. Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.

Tam ardens sitis & valida fames horum venatorum, est ut cum filio prodigo facile omnem substantiam suam, & cum Esau primogenita vendant pro cibo levissimo: Nam lenticula, esca est brutorum animalium, uti Interlinearis testatur, pariter filius prodigus cupiebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant, nempe de cibo porcorum, qui est carnalitas, quam isti venatores tam ardentè esuriunt, ut totam substantiam suam, & pretiosa sua, animam, virtutes, & ipsam vitam aeternam pro cibo isto vilissimo dare non graventur. Et sicut famelicis omnia (etiam alias humano saporì & nutrimento incongrua & insipida) sapiunt, licet sanitas & vita maxime inde lædatur, sic peccatores fame sua insatiabili stimulatì ad foetidissima quæque (contemptis pretiosis, & humanis, cibus) esculenta inhiant.


Ineffabili Deo providentiâ Israëliticum populum manna de cœlis demisso sustentavit in deserto, quod saporem omnis continebat cibi delectabilis, sic enim expressè in libro Sapientia commemoratur: Angelorum esca nutriti sunt populum tuum, & pa-

III.

Sap. c. 16 v. 20.

Z 3

ralium





ratum panem de celo præstitisti illis, *Manna sine labore, omne delectamentum in omnem hanc habentem, & omnem saporis suavitatem: adeo ut manna eum cuique saporem, quem volebat, exhiberet, quod miraculum Deus per 40. omnino annos continuabat.*

Hoc tamen continuum miraculum, ipsumque manna ita viluerat, ut nausearet illud, tanquam cibum vilissimum, flagravit desiderio carnum, sedens & flens, ac contra Moysen & Deum expostulans clamavit: *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? ... In mentem nobis veniunt cucumeres & pepones, porrique & cepe, & allia. Anima nostra arida est, & nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi Man-*

*Allia lacrymas provocant*

*S. Bonav. in Thren. s. l. v. 11.* Conqueritur insipidus populus animam suam arefcere cibo illo cœlesti, quam saginandam, & impinguandam aliis, & cepe sperabant, quæ solent (uti in Thren. Doctor meus Seraphicus notat.) oculos intuentium, & comedentium ad lacrimas provocare.

Quid igitur delectamenti, quid consolationis ex aliis, cepe & porris hauserunt Israelitæ, ut his (rejectione, & contempto manna) tam avidè inhiarent? Nempe fames & appetitus perversus hominis ita vetitis inhiat, & illicita esurit, ut magis perverso, illius gustui sapiant amara, aspera, & dam-

nosa illicita, quam sana, dulcia, utilia & licita. Hinc ergo etiam peccatrix anima Manna nauseat. *Quid enim signatur in Manna (scribit Gregorius: nisi esca gratia, suave sapiens ad perfectionem interioris vitæ, quam reflectione gratiæ peccatrix anima nauseans, ollis Egypti inhiat. Quid signatur per ollas carnum, (infert idem Gregorius) nisi carnalia vitæ opera, in tribulationum doloribus, quasi ignibus excoquenda? Cùm tamen manna cœlestis gratiæ, & consolationis sine labore sine igne ardentium illarum (quales mundanæ vitæ sectatores patiuntur) tribulationum, diligentibus se Deus largiatur: Sed pergo cum magno Doctore Gregorio: Quid per pepones, nisi terrenæ dulcedines? Quid per porros, & cepas exprimitur, quæ plerumq; qui comedunt, lacrymas emittunt, nisi difficultas vitæ præsentis, quæ à dilectoribus suis, & non sine luctu agitur, & tamen cum lacrymis amatur? Manna igitur deserentes, cum peponibus ac carnibus porras, cepasque quaesierunt, quia videlicet perversa mentes dulcia per gratiam quietis, dona despiciunt, & pro carnalibus voluptatibus, laboriosa huius vitæ itinera, etiam lacrymis plena concupiscunt; Contemnunt habere, unde spiritualiter gaudent, desideranter appetunt, ubi carnaliter gemant... Perversi iudicio, perturbata tranquillitas, dura lembus,*

*Manna gratia consolationis. Greg. 10. Mor. 6. 16*

*Olla carnum consolationes carnalium.*

*Sic & gratia & cepe*

*Lacrymas provocant*

*asperæ*



aspera nitibus, transitoria æternis, suspecta securis anteponunt. Hæc D. Gregorius.

IV. Ratio horum est, quod palatus internus animæ, ex inordinata fame destructus, & depravatus per mundanarum consolationum avidam ingurgitationem, nihil discernere amplius sciat, quasi ebrius: nam ebrius quisque, quod patitur, nescit, ait Gregorius. Conqueritur Jeremias, vel potius anima peccatrix, *Inebriavit me absynthio. Qui absynthio inebriatur, & hoc, quod sumpsit, amarum est, & tamen non intelligit eandem amaritudinem, qua repletur: quia & amara sunt, quæ pro hujus vitæ amore tolerat, & tamen eandem amaritudinem, cæcitate cupiditatis, quasi præ insensibilitate ebrietatis ignorat: mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est, quod bibit, sed quia hoc nimis inhiante sumpsit, e jusdem amaritudinis malum discernere, tam præ ipsa ebrietate non sufficit.* Ebrietas ergo, & appetitus (sitisque & famis) pruritus faciunt, ne sentiat peccator, & discernat vilissimi potûs, vel cibi sui amaritudinem, aut impuritatem.

Canis venaticus esuriens, sordidissima quæque rodit cadavera, & foetentes bibit lacunas, sic & peccator venandis tantum vanitatibus intentus, & ad divina piger, & otiosus,

comparatur à Doctore seraphico canis famelico: *Huiusmodi enim piger & otiosus, ad modum canis esurit, & omnes sensus, universalem famem patiuntur: juxta illud psalmi. Famem patientur, ut canes. Os enim eius esurit cibaria delicata, lingua verba vana, manus vilis, cor honores, auris rumores, & oculi vanitates.* Et hæc omnia quid sunt, nisi foetentes lacunæ, & sordida cadavera, quibus tamen instar canis famelici inhiat peccator, & pro cibo hoc vilissimo dat pretiosa quæque, ad refocillandam animam.

Asinus (uti idem seraphicus observat) urticis urentibus & pungitivis carduis pascitur, nec tantum habet discretionis & luminis, ut asperis hisce relictis pascuis, ad pinguiora se convertat: Haud secus acediosus, & piger peccator. *Libenter pascitur huiusmodi pungitivis, id est delectationibus perversis, quasi aculeatis.*

Hoc insinuare etiam videtur Job; *Et manducabant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum.* Herba, est terrena consolatio; cortex, exterior gloria... *Iuniperi pro folijs, quasi tuniperus spinas habent, spina verò est omne peccatum, quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem: Hæc, glossa ord. nec tamen pungitivos hos cibos reculant peccatores, & esse sub sensibus,*

Canis famelicus Peccator.

S. Bonav. Diet. tit. a. c. 7.

psal. 58. v. 15.

Sicut si- nus pasci- tur pun- gitivis.

S. Bonav. ibidem.

V.

Job. c. 30. v. 4.

Cortex & peccata.

Glossa ord. Job. c. 30. c. 7.

Ebrius nescit, quid patitur.

Thren. c. 3. n. 15.

Peccatores sunt ebrii.



ribus, delicias computabant, sub  
sentibus, peccatorum glossatur  
Hugo Cardinalis; nervosius  
Interlinearis, notat, quod  
peccatores sub huiusmodi læ-  
tantur, ignari veri gaudij... In his  
delectantur, in quibus tamen pungun-  
tur adversis, quod a stultis didicerant  
filij stultorum, & ignobilium, imò  
Asini irrationales, non nisi his  
pungitivis delectari, & refo-  
cillari edocti. Hinc est (uti docet  
Gregorius) quod lacrymarum cau-  
sas tripudiantes peragunt, hinc est,  
quod mortis sue negotium videntes  
exequuntur, & tanquam asini car-  
duis, aut jumenta fano, cari-  
emptis contenti, ad cœlestia  
pascua non suspirent.

His nu-  
eritur  
peccator.

S. Greg.  
20. Mor.  
c. 15. in  
fine.

Iob. c. 6.  
v. 5.

Sicut bos  
aut asinus.

Quærit Vir Patiens: Nunquid  
rugiæ Onager, cum habuerit herbam,  
aut mugiet bos, cum ante præsepe ple-  
num steterit? Per onagram & bo-  
vem, (juxta expositionem glof-  
sæ moralis) qui sunt animalia bru-  
ta, significantur homines carnales,  
vitam pecudum eligentes, & per her-  
bam & præsepe plenum, abundantia  
deliciarum, in quibus quiescunt vo-  
luptuosi, tanquam in optato sine. Li-  
cet vera quies non sit, cum ple-  
num nunquam sit præsepe, ple-  
numque gaudium, quare sem-  
per rugiunt, & mugiunt mise-  
ri peccatores, in super herba &  
fanu semper pungentibus car-  
duis, & urentibus urticis mix-  
tum erit. At quomodo homi-  
nes tanquam bruta hisce dele-

ctari possunt? Aut poterit come-  
di insulsum, quod non est sale condi-  
tum? quarit ulterius Patientif-  
simus mortalium, aut potest ali-  
quis gustare, quod gustatum assert  
mortem? Animæ enim esurienti,  
etiam amara, dulcia esse videntur.  
Id est: anima esuriens, etiam ama-  
rum pro dulci sumet, exponit Hu-  
go Card. Quamvis fateatur ipse:  
Hæc clausula, non est in anti-  
quis codicibus, nec Gregorius expo-  
nit eam. Emphaticè autem pro-  
positionem suam Job concludit:  
Quæ prius volebat tangere anima  
mea, nunc præ angustia cibi mei sunt:  
Urgente scilicet fame, & pru-  
ritu concupiscentiæ, dum pec-  
cator veri gaudij, & consolati-  
onis cœlestis ignarus, ad ter-  
rena quævis, licet pungentia,  
amara insulsa, & insipida se con-  
vertit, dans pretiosa quæque  
cum filio prodigo, totamque  
substantiã pro cibo levissimo,  
& pro mica consolationis ter-  
rena: totam hæreditatem regni  
cœlestis.

Hugo  
Card. bla

Peccator  
esuriens  
insulsa  
comedis.

O miseri mortales! O empro-  
res fatui! tanto pretio, tam  
pretiosis pignoribus interitum  
& miseriam vestram compara-  
tis? tam cari carduos, & urti-  
cas, allia & cepas, siliquas, &  
lenticulas: insulas terrenarum  
delectationum coemitis? quid  
homini cum cibo porcorum?  
quid animæ cum pascuis asino-  
rum? cum insignis Theologus,  
S. Pe-

VI.

Indignum  
homine  
cibus.



Petri Trigofus, Capuccinus  
nofter, tomum illum de uno &

gustatio facit videre; unde i.  
Reg. 14. dicit Jonathas: vidi-  
ftu ipsi, quod illuminati sunt oculi  
mei, eò quod gustaverim paululum  
de melle isto. Nam caligaverant

1. Reg. c.  
14. v. 29.

Annales  
Anno  
159.

quàm fabarum obsonia à coquo  
recipiebat, cui jocando obje-  
cisse fertur: Quid fabis cum Trini-  
tate? unde commune inter fra-  
tres ortum proverbium: quid fa-  
bis cum Trinitate? vel, Quid Trini-  
tati cum fabis? At quæso, mi  
Christiane, quid animæ (SS.  
Trinitatis imagine insignita) cum  
cum fabis agrestibus, carduis,  
& siliquis? quid electo populo  
cum cepis Ægyptiorum lacry-  
mas copiosè provocantibus? Si  
famelici estis, non circuite ci-  
vitatem, famen patientes, ut  
canes, rodendis ossibus & ca-  
daveribus assueti, sed ad men-  
sam Domini, & benigni Patris  
vestri recurrite: Recogitate

oculi Jonathæ, nimio calore,  
& prelio & ieiunio prius reverberati.  
Sic etiam peccator terrenarum  
rerum, & cupiditatum labore  
& calore, jejunio & fame debi-  
litatus caligare incipit, ut mise-  
riæ suæ abjectam conditionem  
aspicere, & cognoscere non  
possit, sed cum paululum mel-  
lis (quod est, teste Hugone,  
Dulcedo divinæ bonitatis) gustave-  
rit, tunc illuminantur oculi, ut  
videat cum horrore brutalis ci-  
bi sui, cui prius inhiaverat, fœ-  
ditatē, illo rejecto paternæ do-  
mūs mensam, & panem, sibi  
à Patre oblatum gustaturus.

Gloss. In-  
terl.

Mel dul-  
cedinis  
divinæ,  
aperit  
oculos.

Luc. 15.  
v. 17. S.  
Bonav.  
hic.

obsecro cum filio prodigo jam  
meliora sentiente: Quanti ne-  
cessarii, in domo Patris, abundant  
panibus? scilicet consolationi-  
bus internis, prout innuere vi-  
detur in hunc locum Doctor se-  
raphicus, Abundant panibus, id est,  
in domo Dei feliciter & suaviter vi-  
vunt: Et ego hic fame pereor! Bene

Ad hanc consolatoriam ani-  
mi refectionem affectuosè nos  
invitat divina clementia: Om-  
nes sitientes, venite ad aquas, & qui  
non habetis argentum, properate,  
emite, & comedite, spiritualem de-  
lectationem, exponit Cardi à S.  
Caro: sed quomodo, qui argen-  
tum non habent, emere jubentur?  
Explicat se Divina benignitas:  
venite, emite, absque argento,  
& absque ulla commutatione vi-  
num & lac. Quare appenditis argen-  
tum non in panibus, & laborem ve-  
strum non in saturitate? Hoc est  
(secundum Cornelij) explicatio-  
nem, non in cibo, & pane  
satu-

VII.  
Ila. c. 55.  
v. 1. Hu-  
go Card.

Emite.

Cornelius  
hic.

Apud S.  
Bonav.  
fol. c. 1.

notat Gregorius: Qui intus gu-  
stare nolumus parat am dulcedinem,  
propterea jejuni & famelici amamus  
miserè famem nostram, & eam a-  
mando perimus. Gustate ergo &  
videte, quoniam suavis est Dominus,  
& secundò videte in intellectu. Quia

Hugo  
Card. h. c.

P. Franc. Josephi Op. IV.

Aa



*Sed sine  
argento.*

saturante? Quasi diceret: Cur laborem vestrum, argentum vestrum, pretiosa vestra, animam, virtutes, famam, terrena, & celestia bona in cibum vilissimum, bestialem, insipidum, & non saturantem expenditis?

*Glossa  
lacerl.*

Optimè in hoc loco hortatur nos glossa ordinaria, quare ponitis studium & laborem vestrum, circa bona temporalia transitoria, & deceptoria, quae non reficiunt, sed magis famem & sitim faciunt, quia cupiditatem augent.

ergo, & quidem sine argento, cibum solidum, sapidum & angelicum, pro hoc pretiosa quæque largimini. *Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra: In crassitudine charitatis, & aliarum virtutum, addit* Hugo Carenlis cum glossa Interlineari. *Inclinate igitur aurem vestram; & venite ad me: audite, & vivet anima vestra, vi-  
tâ gratiæ (ait ordinaria) & po-  
ste gloria. Amen.*

*Hugo &  
Interl.*



DISCUR--